



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De gradibus charitatis. H

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

vero & peccatum odierendum. Et parentes ergo in quantum mali sunt: odiendi sunt, & inimicis diligendi, in quantum homines. Diligamus ergo inimicos lucrando regno Dei, & odiamus propinquos si impedunt nos à regno Dei: & in omnibus cōmuniternaturam diligamus, quam Deus fecit.

Degradibus charitatis.

H

Sciendum quoq; est diuersos esse gradus charitatis. Est n. charitas incipiens, proficiens, perfecta, perfectior, perfectissima. Vnde Aug Perfecta charitas hæc est, ut quis paratus sit pro fratribus etiā *Aug. super Ioan. ep. ca.* mori. Sed nunquid mox ut nascitur, iam prorsus nonicam perfecta est? immo ut perficiatur, nascitur, cum *Tract. 5.* fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita robora. *tom. 9.* tur, cum fuerit roborata perficitur, cum ad perfectionem venerit: dicit. Cupio dissolui, &c. Hic a perte progressus & perfectio charitatis insinuatur, quam perfectionem etiam Veritas commendat, dicens. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animā suam ponat quis pro amicis suis. Quod vtiq; dictum est de opere dilectionis: quia maior dilectionis effectus non est, quam ponere *Philip. 1. e* animam pro aliis. Nec te moueat quod ait, Pro a- *Ioan. 15. b* micis: qui enim ponit animam pro amicis, ponit & pro inimicis, ad hoc ut ipsi fiant amici.

### SI MELIVS EST DILIGERE AMICOS

*quam inimicos vel è conuerso.*

DISTINCT. XXX.

A

**H**ic solet queri, quid potius sit plurisque meriti diligere amicos, an diligere inimicos. Sed hæc *De charita-* comparatio implicita est. Si enim conferatur dilec- *te quantum* *ad meritum* *perfectionem*, *amicorum tātum dilectioni amicorum & et* iam inimicorum, perspicua est absolutio. Sed si in aliquo vno homine, qui diligit simul amicum & inimicum, quid horū potius sit queratur, obscura est responsio: qd de motu mentis agitur, de quo nō est nobis facile iudicium, an unus & idē motus sit er-

Ss 3

ga amē-